



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Decimotertio. Excommunicantur appellantes à grauamine vel futura executione litterarum Apostolicarum ad laicam potestatem, & dictam appellationem admittentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

Si secundario offendis. Si non principaliter, sed
secundario offendis occasione dictarum causa-
rum? Credo te reum censuræ, quia bulla ait,
quo modo directè, vel indirectè.

Auxilium, consilium, fauorem præstans. Inclu-
untur præstantes auxilium, consilium, vel fa-
uorem, Bulla. *Omnes.* sed sequuto effectu.

DECIMOTERTIO.

*Excommunicantur appellantes à grauamine vel
futura executione litterarum Apostolicarum
ad laicam potestatem, & dictam appel-
lationem admittentes.*

177. *Appellans ad grauamina littera Aposto-
lica.* Ab ista censura ieiunè se expediunt aliqui.
Hæc censura tres habet partes.

Prima includit:

178. *Curia laica qua.* Qui prætendens fri-
uolam appellationem à grauamine, & futura
executione litterarum Apostolicarum recurrit
ad Curiam laicam. Curia laica est, etiam si ei
prætendens sit ecclesiasticus, in suo patrimonio,
cum modo tribunal sit laicum, id est, exercea-
tur auctoritate non spirituali, sed laica.

Qui facit admitti dictas appellationes à pote-
state laica, etiam instante fisco.

Qui capere facit litteras Apostolicas per lai-
cam potestatem.

Qui litteras prædictas à laica potestate deti-
neri facit. Nomine verò litterarum intellige, in
forma breuis, citationes, inhibitiones, sequestra,
monitoria, processus executoriales, quæcunque

decreta Papæ, Legatorum, Nunciorum, Præfidentium, Cameræ Apostolicæ, Auditorum, Commissariorum, Iudicum, & Legatorum Apostolicorum.

Secunda pars Canonis includit.

Magistratus ipsos impediētes executionem litterarum Apostolicarum, prohibentes earumdem executionem impediētes, seu prohibentes instrumenta vel acta confici super earum litterarum executione; impediētes seu prohibentes acta confecta tradi partis: partes attrices, agentes ipsarum, consanguineos, affines, familiares, Notarios, Executores, Subexecutores litterarum Apostolicarum, capientes, percutientes, vulnerantes, carcerantes, detinentes, eijcētes è ciuitatibus, locis, regnis, spoliantes bonis, perterrefacientes, concutientes.

Quid sit concussio, vide *Artil. concussio. comminantes* siue per se, siue per alios publicè, vel occultè.

Tertia pars Canonis includit:

Præsumentes impedire accedentes ad Curiam Romanam pro negotijs, litteris, seu gratijs impetrandis: statuentes dicta, mandantes ne quis accedat ad curiam, Romanam pro dictis causis: vel ne litteras, aut gratias impetrent, aut ne impetratis vrantur, præsumentes apud se retinere litteras impetratas.

Præsumentes eadem retinere apud notarium, aut alios quomodolibet.

Omnia ista intelliguntur de re graui, sufficiēti ad mortale constituendum,

DECI-